



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 1. Papa Urbanus accersit Carolum de Pace.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)



HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
LIBER XCVIII.



URBANUS VI, DEINDE BONIFACIUS IX,  
SUMMI PONTIFICES.

WENCESLAUS OCCIDENTIS, JOANNES  
PAL. ORIENTIS IMPERATORES.

§. I.

*Papa Urbanus accersit Carolum  
de Pace.*

Joanna Neapolis Regina a Papa Urba- Sæcul. XIV.  
no VI primum agnito ad partes Cle- A. C. 1380.  
mentis transferat. Ille proin eam  
schismaticam, hæreticam, & quod in Ragn. 1380.  
ipsum cum aliis conspirasset, læsæ maje- n. 2.  
statis

Sæcul. XIV. A. C. 1380. statis ream, ideoque cunctis dignitatibus, honoribus, regnis, terrisque, ac fundis Ecclesiæ, Imperio, aut cuicumque Domino jure beneficiario obstrictis privatam, omnia bona ejus addicta fisco, univeros ejus clientes fiduciariorum fidelitatis jramento solutos declaravit; prohibens, ne quis ei morem gereret; & quotquot fecus agerent, homines singulares anathemate, societates interdicto afficiens. Sic Urbanus ipse ait in litteris ad Soranos datis undecimo Calendas Maji anno 1380.

Animadvertit etiam in Neapolitanum Archiepiscopum Bernardum seu Bertrandum patria Cadurcensem, quem Urbanus V anno 1368 huic sedi imposuerat; & qui Reginæ a Secretis erat. Tanquam huic addictus, & natione Gallus Clementem electum Papam mox Fundis agnoverat: proscripto proin illi, ac exautorato Urbanus VI suffecit Ludovicum Bozutium Nobilem Neapolitanum, amicum Caroli de Pace. Bernardus in Galliam reversus anno 1389 decessisse creditur.

*Th. Niem.*  
*lib. I. c. 21.* Sententiæ contra Reginam exequentiæ gratia Urbanus per internuncium Martinum Tarentinum suum cubicularium stimulavit Hungariæ Regem Ludovicum, ut ipsi Carolum de Pace Duracii Ducem cognatum suum cum idonea militum manu mitteret Neapolitano augendum regno, & ad capiendam hujus possessionis.

sessionem adjuvandum. Repugnabat Ca-  
 rolus, quippe propinquitatis arctæ vincu-  
 lo cum Regina junctus, cujus neptem  
 Margaritam insuper duxisset conjugem.  
 At Rex Ludovicus metuens, ne, post-  
 quam obiisset, ipsius filiabus Hungariam  
 ille præriperet, ad accipiendam Papæ  
 gratiam inductum satis numeroso cum  
 exercitu in Italiani misit.

Sæcul. XIV.  
 A. C. 1380.

Sed quod Carolo pecunia belli ner-  
 vus deesset, Urbanus cogeatur Romanis  
 civibus permultis tot possessiones ac ju-  
 ra Ecclesiarum, cœnobiorumque Roma-  
 norum venundare, harum ut alienatio-  
 num pretium octoginta florenorum mil-  
 lia superaret. Ipsos demum calices au-  
 reos, argenteosque, cruces, Sanctorum  
 imagines, ac pretiosam templorum su-  
 pellectilem vendidit, aut convertit in  
 monetam. Etiamnum habetur man-  
 datum ab Urbano duobus Cardinalibus  
 30 Maji anno 1380 traditum, ut Ec-  
 clesiarum bona, seu possent moveri, seu  
 nequirent, etiam invitis Præsulibus, cæ-  
 terisque beneficiorum possessoribus op-  
 pignorarent, aut ad tempus vel in per-  
 petuum alienarent, donec confecissent  
 tantum æris, quantum opus esse ju-  
 dicarent.

C. 22.

Ragn. n. 8.